UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol. Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm Crvcifixvm

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

62. Prostratis Crucis inimicis, perstat, viritute illius consistens. Cauet, ne iniuriam inferat, consputando Crucifixi effigiem. Quod haud impunè facit impius.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55065

Visual Library

II.

## AMATOR CRVCIFIXI

*proſtratis Crucis inimicis, perſtat, virtute illius conſiſtens.*

*Cauet ne iniuriam inferat, conſputando Crucifixi effigiem, quod haud impunè facit impius.* 62.

ANNO M. D.LXXXII. inter expeditiones Peruuianas, ſuſcepta fuit vna à Patribus Societatis IESV ad Ingarum Regnum. Eam procurauit Rex ipſe, pedes bis Cuſchum profectus ad Patres. Grauis cauſſa impulerat. Nimirum, CHRISTI AFFIXI CRVCI Effigies, caput dextrà inclinatum conuertens in læuã, ac ipſum, Proceresque trecentos ſeuerè intuens. Sputum dextrorſum in eius faciẽ iecerat idololatra impudens. Prodigium illud Ethnicos omnes terræ ad tres horas afflixit, Chriſtianus effigiem CRVCIFIXI geſtans, & IESVM aſſerens DEVM perſtitit ſolus incolumis.

*Regnum Ingarum.*

*Prodigiũ à Crucifixi effigie.*

*Cõſpuitur Crucifixus.*

Regi primâ peregrinatione Cuſchũ vſque progreſſo promiſſa tantũ expeditio eſt. Dilatã doluit, & acceleraturus, rurſum cum filio ad Collegiũ rediјt. Ibi iam ſenex in morbum labitur, & fidem CRVCIFIXI edoctus, baptiſmo tinctus, ani-

*Rex fidem Crucifixi docetur, amplectitur, moritur.*

animam CHRISTO feliciter expirans tranſmiſit. Expeditio deinde ſuſcepta vtilis fuit indigenis, ex ijs multis ad CRVCIFIXVM conuerſis.

*Hiſtoria Indica, Synopſis primi Seculi Societatis Iacobi Damiani lib. 5. cap. 15.*

---

## III.

## AMATOR CRVCIFIXI

*dum Crucem geſtat è collo, Crucifixi virtutes imitari conatur: aliqui parum iſtud ſolum prodeſt ad ſalutem æternam.*

63. *Cruces multigeſtant in thorace pallio pileo.* MVLTORVM id exemplis probatur, qui argenteis, aureis, gemmeis CRVCIBVS è collo pendentibus ſunt illuſtres. Vnius hic pono abſq; offenſione, quia alterius orbis, aut partis à nobis remotiſſimæ.

*Expeditio Mogorica.* ANNO M.D.XCIV. Hieronymus Xauerius, & Patrui Franciſci virtute & propriâ notus, ſimulque Emmanuel Pignerus Societatis IESV Patres profecti ſinit ad Mogoricam expeditionem: *Benedictus Goes è milite Religioſus.* quibus adiunctus fuit Benedictus Goes frater: antea miles; ſed ad IESV Militiam Trauancore eiuſdem lacteis Puerulı lacrymis adductus. Ante DEIPARÆ iconē fundebat preces, ſcelerū ſuorum veniā ex-